Quelle: https://manuscripta.at/?ID=36942
Copyright: Göttweig, Benediktinerstift



Helyodorus flagellatur qui voluit spoliare templum

210

Iudei flagellati sunt propter usure pallicionem
Pharisei enim posuerunt in templo colubista et nummularios
Qui volentes offerre mutuo dabant denarios
Et quia iuxta legem usuras accipere non debebant
Collibia tamen i. munuscula parva recipiebant
Ficus uvas nuces poma vocabant collibia
Amigdola pullos anseres columbas et similia
Sicque usuram fraudulenter sub palio tegebant
Nec verbo domini in ezechiele scripta non attendebant
Usuram et omnem super habundantiam non accipiatis
Ofres fres kmm vm hoc diligenti animo recommendatis
Sed proh dolor multi christiani hodie in ecclesia sunt
Qui fraudulenter similem usure palliacionem faciunt
Qui mutuum non dant pure propter dei dilectionem
Sed propter munera vel servicia favorem vel promocionem
Hii peccant graviter verbum id est domini non ponderantes
Mutuum date nichil inde sperantes
Tales dominus de templo suo celesti expellet
Et radicem eorum de terra viventium evellet
Studeamus ergo templum dei et divinum cultum venerari
Si volumus a domino flagello perpetuo flagellari
Relinquamus eciam usuram et omnem speciem usure
Ne expellamur de templo glorie future
O bone ihesu doce nos hec omnia taliter custodire
Ut mereamur in templo glorie tue eternaliter introire